Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



45

lucē habetis credite in lucē: ut filii lucis sitis. Hec locutus est iesus: et
abiit et abscondit se ab eis. Cū autē tanta signa fecisset coram eis nō
credebant in eū: ut sermo ysaie prophete impleretur quē dixit. Domine quis cre
didit auditui nostro: Et brachium dni cui revelatum est: Propterea nō pote
rant credere: quia iterum dixit ysaias. Excecavit oculos eorū et indura
vit cor eorū: ut nō videant oculis et corde nō intelligant. et cōuertantur
et sanē eos. Hec dixit ysaias quando vidit gloriam eius: et locutus est de eo. Ve
rumtamen et ex principibus multi crediderunt in eū: sed propter pharisaeos nō cōfite
bantur: ut de synagoga nō eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominū ma
gis quam gloriam dei. Fer. iii. Jeremie prophete.

In diebus illis. Dixit ieremias. Domine demonstrasti mihi et cognovi. tu ostendisti mihi studia eorū: et ego quasi agnus mansuetus qui portatur adductus ma:
et nō cognovi quia cogitaverunt super me cōsilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius et eradicemus eum de terra viventium: et nomen eius nō memoretur am
plius. Tu autē domine sabbaoth qui iudicas iuste et probas renes et corda: videam
ultionem tuam de eis. Tibi enim revelavi causam meam. domine deus meus. Passio dō n. i. x.

Illo tempore. Erat pascha: et azima post biduum. Et secōm matheum.
querebant iuum sacerdotes et scribe: quomodo iesum dolo tenerent et occiderent.
Dicebant autē. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret populi. Et cum esset be
thanie in domo simonis leprosi et recumberet: venit mulier habens ala
bastrum ungenti nardi pistici pretiosi: Et fracto alabastro effudit super
caput eius. Erant autē quidam indignē ferentes intra semetipsos: et di
centes. Ut quid perditio ista ungenti facta est: Poterat enim ungentum
illud venundari plusquam trecentis denariis: et dari pauperibus. Et
fremebant in ea. Jesus autē dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis: Bo
num opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum: et cum volu
eritis potestis illis benefacere: me autē nō semper habetis. Quod habuit
hec fecit: puenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: ubicū
que predicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo: et quod fecit hec narra
bitur in memoriam eius. Et iudas scariothes unus de duodecim abiit ad sum
mos sacerdotes: ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: et